

adult. conjug. in litterā aſtentī: Si fēmina voluſſet continentiam consentiente viro, & poſtea prohibuerit, peccat vir petens, non tamen mulier reddens. Ergo quia votum factum, & impletum à muliere de continentia fervandā, consentiente viro, nequit revocari ab ipſo; ſecūs ſi facultatem revocet, priuſquām mulier votum expleverit.

37. Ceterum, quod alter conjugum valeat votum alterius irritare, ſuumque conſenſum, ſive facultatem revocare, valde conſonat Magiſtri nutui in ſenſu nobis exposito; tametsi nonnullis placeat, hoc ſolum intelligi poſſe, dum in eadē domo vir & fēmina degunt; & plerique alii congruē idipſum ſtuant, etiamſi uxor à domo diſcedat, dummodò profeſſionem ſolemnem Religionis non emittat, eo quod tunc nec petere, nec reddere poſſint conjugale debitum, nec ad aliud transire conjugium, ut expreſſe innuit Conciſium Remenſe cap. 32, quaſt. 5. Et hēc de ſecondā diſtinctioniſ parte ſufficient.

38. PRO TERTIĀ autem, & ultima diſtinctioniſ partiſ declaratione, hēc tertia ponitur conclusio: Quanvis petendi debitum, ſemper debeat reddi, ſunt tamen dies, in quibus hoc iſum petere non licet, aut decet. Quam pluribus Patrum authoritatibus in ipsā litterā addu-
ctis probat Magiſter.

39. Primo ex M. P. Auguſtino lib. qq. novar. & veter. testam. cap. 127, aſſerte: Quanvis enim vel dies Nativitatis, vel reliqua feſtitates vel advenerint, non ſolum à concubinarum conſortio; ſed etiam à propriis uxoriibus abſtinere oportet. Ergo etiā debitum conjugale ſemper ſit poſſenti ſolvendum; ſunt tamen dies, in quibus hoc iſum petere non licet, aut decet.

40. Secundō ex eodem Auguſtino ibidem ſic alloquente: Proceſſionis enim dies, jejuniorum aliquando non licet conveṇire; quia eriam à tieiſis abſtinendum eſt, ut facilius impetrari poſſit, quod poſtulatur. Ergo etiā Christiano aliquandō liceat cum uxore ſuā conveṇire; non tamen ſemper decet, cum opus ſit à tieiſis aliquandō abſtinere, ut facilius impetrari valeat, quod à Deo poſtulatur.

41. Tertiō ſic poterat aſſertum ex iis conguenientiis probari: Quanvis petenti debitum, ſemper ſit per ſolvendum; nihilominus non licet iſi omni in loco petere, aut reddere conjugale debitum, ut pote in Eccleſiā ſive loco ſacro: ergo nec in omni tempore erit licitum petere, etiā ſemper petenti debeat reddit conjugale debitum.

42. Quartō: Major videtur delectatio in coitu, quam in cibo, ſed Eccleſiā iſtitutio quantum ad cibi abſtinentiam, ita neceſſarie obſervari debet, ut oppofitum operari non liceat; ergo potiori jure

quan-

quantum ad coitum; ſed in hiſ ad Eccleſiā ſtatutis diebus, non licet, nec decet cibum vetitum edere: ergo nec in appoſitiſ à Magiſtro diebus, festiſ ſciliſ, jejuniorum, & proceſſionis, debitum conju-
gale petere.

43. Unde ex dictis praeſcipuum aſſerti deducimus rationem, nem-
pē, quod licet ſemper ſit ſolvendum debitum poſſenti; non tamen ſemper licet iſi petere; quia reddere eſt neceſſitatis; petere vero eſt
voluntatis, atque adeo, cum in ſacriſ diebus inordinatae ſit volupta-
tis petere, ideo ſolveſ ſdebitum licet, ſed petere non decet.

44. An vero iis diebus conjuſgale debitum petere, ſit culpa gra-
vis, aut leviſ? non reſolvit Magiſter: At Seraphicus Doctor hic alte-
cenſet, non eſſe prohibiſum ſub praecepto, ſed ſub conſilio tantum
hiſ in diebus debitum petere; ſive prohiſionem hanc potius ex con-
gruitate, & honeſtate, quam ex neceſſitate oriri. Exinde conſentaneę
fuiſinet, hoc ſine cui pā fieri non poſſe; quamobrem ſi aſpectus ſit ad
delectationem, erit culpa graſis; ſi autem propter lubricum carniſ,
ſuamque infirmitatem, cuius eſt conſcius, poterit eſſe veniale pec-
catum.

45. Postremo ſtatuit Magiſter, quod ſicut in carnali commixtio-
ne, ſic etiam in nuptiis ſunt tempora obſervanda, in quibus celebra-
ri non debent, tit a Septuagesimā ad octavam Paſcha uique, & tribus
ſeptimanis ante festum Sancti Joannis Baptiſtae, ſecondum Magiſ-
trum, & ab Adventu Christi Domini ad Epiphaniā poſtulare.

46. Hunc ergo ritum ex Nicolai Paſpa deſiſione, quaſe conſequi-
tur diff. 33, quaſt. 4, ſic primō probat Magiſter: Nec uxorem ducere,
nec conjuſgia facere quadrageſimali tempore, conveṇire poſſe ullo modo
arbitror. Ergo ſicut in conjuſgali concupiſtu ſunt dies, in quibus nec
decet, nec licet debitum petere; ſic pro nuptiis extant tempora ob-
ſervanda, in quibus eas celebrare non convenit.

47. Secundō, etiam ſic praefatus poterat ſuaderi tituſ: Tempus
prohibiſum pro nuptiarum celebraſione eſt deputatum ad ſanctifica-
tionem ſpiriſti; ſed nuptiarum celebraſionis tempus paſsim eſt ſo-
lemitatiſ, gaudiique carnali, eo quod uehemens ad hēc ſit amoris
converſio: ergo cum ſpiriſti ſanctificatio, gaudiumque carnale non
aptē cohāreant, appoſiti ſtatiuntur ab Eccleſiā dies, ut in iſis nup-
tia celebrari non poſſint.

48. Tertiō: Plus eſt celebrare nuptias, quam conjuſgale debitum
ſolveſ; ſed ut conjuſgali concupiſtu honeſtē, & licite perficiatur,
ſervanda ſunt tempora à Sanctis Patribus de more ſtatuta: ergo con-

similiter, ut nuptiae licite, & honeste celebrari valeant, necessariò erunt observanda tempora ritè ab Ecclesia ordinata.

49. Hujus prohibitionis causam quanvis Magister expressè non detegat, tamen ex ipsâ litterâ obscurè non deprehendimus. Ideò enim in his tribus anni temporibus, scilicet Natali Christi Domini, Pascha, & Pentecostes, nuptias celebrari interdicitur, quia in his olim maximè consueverunt communicare fideles, & non videtur contentanum rationi, quod dūm hi se præparant, ut Dominum suum possint dignè, & reverenter accipere: animum suum ad terrena, plaususque vanos convertant, ipsumque non facile ad cælestia elevent; imo potius latis nuptiarum voluptatibus irretiti, vitam his temporibus, præsertim Deo sacratis, degant. Et hæc de tertia, & ultimâ distinctionis parte sufficient.

QUÆSTIONES.

50. QUÆSTIO 1. Quo jure obligentur conjuges ad usum Matrimonii, sive petendo, sive reddendo debitum? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 32. q. 1. art. 1. & seqq. Cassianus à Sancto Eliâ, verb. Debitum, 2. cap. 1. & seqq. Raynerius de Pissis verb. Matrim. tom. 2. tit. 1. num. 1. & seqq. Petrus de Ledesma q. 64. art. 5. Mauritius de Lezanâ tom. 3. verb. Debitum, num. 1. & seqq.

51. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 32. q. 1. Mastrius in 4. disp. 7. q. 21. art. 3. Macedo de Clavib. tract. 6. de Matrim. cap. 5. Cotonius tom. 1. lib. 5. Controv. 2. cap. 1. q. 1. Boscus tom. 6. disp. 12. sect. 15. num. 2. Rodriguez 1. part. cap. 243. Hiquæus in 4. dist. 32. art. 1. & seqq. Portel verb. Matrim. & Debitum, num. 1. & seqq.

52. Ex Scholâ Eximiâ Carleton tom. 2. disp. 105. sect. 3. Sanchez lib. 6. disp. 2. & 6. Fillucijs tract. 10. p. 1. cap. 9. num. 303. Henriquez lib. 11. cap. 15. Valentia tom. 4. disp. 10. q. 6. p. 2. Layman tract. 10. p. 3. cap. 1. num. 2. Dicastillo tom. 3. tract. 10. disp. 9. dub. 3. & 18. Coninch de Matrim. disp. 34. dub. 2.

53. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 32. q. 2. art. 1. & seqq. Basilius Ponze lib. 9. cap. 9. num. 2. Bonacina q. 4. p. 1. num. 1. Diana p. 10. tract. 14. resol. 22. Gavardi tom. 6. q. 4. de Matrim. art. 1. Rebellus lib. 3. q. 19. Texada tom. 2. lib. 4. tract. 1.

54. QUÆST. 2. An, & quæ tempora, seu circumstantia excusat à reddendo debitum? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 32. q. 1. art. 1. & seqq. & in Suppl. 3. part. q. 64. art. 7. Cassianus à

San-

Sancto Eliâ, verb. Matrim. & Debitum, num. 3. & seqq. Raynerius de Pissis verb. Matrim. tom. 2. tit. 1. Mauritius de Lezanâ tom. 3. verb. Debitum, num. 2. Petrus de Ledesma q. 64. art. 5.

55. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 32. q. 1. Hiquæus in 4. dist. 32. art. 4. & seqq. Mastrius in 4. disp. 7. q. 21. art. 3. Macedo de Clavib. tract. 6. de Matrim. cap. 5. Rodriguez 1. part. cap. 243. & seqq. Cotonius tom. 1. lib. 5. Controv. 2. cap. 1. q. 3. Laurentius Portel in dub. verb. Matrim. & debit. num. 2. Boscus tom. 6. disp. 12. sect. 15.

56. Ex Scholâ Eximiâ Dicastillo tom. 3. tract. 10. disp. 9. dub. 3. & 18. Coninch disp. 34. dub. 2. Carleton tom. 2. disp. 105. sect. 3. Henriquez lib. 11. de Matrim. cap. 15. num. 7. Sanchez lib. 9. disp. 25. num. 3. & seqq. Fillucijs tract. 10. p. 1. cap. 9. num. 303. Martin. Perez de Matrim. disp. 49. sect. 3. Valentia tom. 4. disp. 10. q. 6. p. 2.

57. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 32. q. 2. art. 3. Diana p. 10. tract. 14. resol. 22. Basilius Ponze lib. 10. cap. 9. Bonacina de Matrim. q. 4. p. 1. num. 4. Rebellus lib. 3. q. 19. Texada tom. 2. lib. 4. tract. 1. Basilius verb. Devit. num. 2. Gavardi tom. 6. q. 4. de Matrim. art. 1.

58. QUÆST. 3. An quid obligentur conjuges ratione voti castitatis post Matrimonium emissi? De quo, Authores in superioribus questionibus allegati.

59. QUÆST. 4. An ex conjugibus possit umus castitatis votum emittere, altero non consentiente? De quo, hic quest. 1. & 2.


60. QUÆSTIO 5. An nuptias celebrare, sit tempore aliquo ab Ecclesia prohibitum? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in Suppl. 3. p. q. 65. art. 1. & seqq. & in 4. dist. 32. q. 3. art. 1. Mauritius de Lezanâ verb. Nuptia, num. 1. Raynerius de Pissis tom. 2. verb. Nuptia, tit. 1. num. 1. Cassianus à Sancto Eliâ tom. 1. cap. 1. & seqq. verb. Nuptia, num. 1.

61. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 32. q. 1. Macedo de Clavib. cap. 7. tract. 6. de Nuptiis. Hiquæus in 4. dist. 32. art. 8. & seqq. Cotonius tom. 1. lib. 5. Controv. 3. cap. 4. q. 5. Laurentius Portel, verb. Nuptia, num. 1. & seqq. Castillentus in Polianth. Seraph. verb. Nuptia, diff. 1.

62. Ex Scholâ Eximiâ Carleton tom. 2. disp. 104. sect. 2. Tambur. tom. 2. lib. 8. cap. 16. Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 6. Dicastillo tom. 3. tract. 11. disp. 10. dub. 1. & seqq. Layman 3. part. tract. 11. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 32. q. 1. art. 4. Basilius Ponze lib. 6. de Matrim. cap. 1. Gavardi tom. 6. q. 4. de Matrim. art. 1. num. 1. & seqq.

QUÆST.

63. QUÆST. 6. An sit impedimentum dirimens celebrare Matrimonium temporibus prohibitis? De quo, *hic quest. 5.*
64. QUÆST. 7. An prohibeatur consummare Matrimonium his temporibus, quod jam præcessit contractum? De quo, *hic quest. 5.*
65. QUÆST. 8. Quâ pœna sint puniendi, qui tempore prohibito contrahunt Matrimonium? De quo, *hic quest. 5.*
66. QUÆST. 9. An de licentiâ Ordinarii valeat his temporibus prohibitis sine solemnitate Matrimonium celebrari? De quo, *hic quest. 5.*
67. QUÆST. 10. An benedictio conjugum sit necessariò exhibenda à proprio Parocho? De quo, *quest. 5.*
68. QUÆST. 11. An benedictionem nuptialem omnino omittere sit tantum peccatum veniale? De quo, *quest. 5.*
69. QUÆST. 12. An benedictiones nuptiales in secundis nuptiis possint recipere, qui in prioribus acceperunt? De quo, *hic quest. 5.*
70. QUÆST. 13. An Parochus proprius debeat recipere elemosynam occasione benedictionis, & non aliis? De quo, *quest. 5.*
71. QUÆST. 14. An Sacerdos tam Sæcularis, quam Regularis conjungens in Matrimonium, vel benedicens subditos alterius parochiæ absque licentiâ, maneat suspensus ab officio? De quo, *hic quest. 5.*
72. QUÆST. 15. An Sacerdotes Regulares Matrimonia ministrantes, seu solemnizantes, non habita super his parochialis Presbyteri facultate speciali, ultra suspensionem, ipso facto sint excommunicati? De quo, *hic quest. 5.*
73. QUÆST. 16. An benedictio conjugalis debeat necessariò fieri inter Missarum solemnia? De quo, *Authores pro quest. 5. adducti.*



DE

QUEST.

DE DIVERSIS CONJUGII LEGIBUS.

DISTINCTIONIS TRIGESIMÆ-TERTIÆ SYNOPSIS.

*Cura sacra sobolis, non execranda libido,
Patribus uxores suasit habere duas.*

Sic incipit: Quaritur hic.

Sic terminat: Aliquando malum est.

1. COnnectitur hæc distinctio cum superiori. In illâ egit Magister de usu, & solutione conjugalis debiti; sed in præsenti determinat de multiplice lege, quâ antiqui Patres in ordine ad Matrimonii usum, ante legem veterem, sub hâc, & Evangelicâ utebantur: ergo rectè hæc cum superiori cohæret distinctio.

2. Consequentia probatur: Priùs est statuere rem, quam de illius multiplice usu, secundum varias statuum leges, differere, ut passim ex jure tûm Canonico, tûm Civili habemus, eo quod usus rei ipsam necessariò præsupponere debeat: ergo priùs erit, usum & solutionem conjugalis debiti statuere, quam de multiplice, & variâ lege circa illum differere; sed Magister postquam de conjugalis debiti usu & solutione licet perficiendo, egit; illico & immediate de multiplice lege, quâ antiqui Patres in ordine ad Matrimonii usum, ante legem veterem, sub hâc, & Evangelicâ utebantur, determinat: ergo apertissime processit.

3. Dividitur præsens distinctio in tres præcipuas partes. In quarum primâ, plures habere uxores, fuisse Patribus antiquis concessum, validè ostendit Magister. In secundâ verò, continentiam conjugalem Abrahæ virginali castitati Joannis assimilat. In tertîâ autem, & ultimâ declarat, qualiter Evangelii tempore virginitas fœunditati præponatur.

4. PRO PRIMÆ igitur partis clarâ ostensione, hoc primum præfigitur assertum: *Ex dispensatione divina antiqui Patres plures habuerunt uxores.* Ante cujus probationem sedulo inquirit Magister: An uxorum pluralitas fuerit aliquando licita? Exindequæ, utrum antiqui Patres plures uxores sine peccato, sive concubinas habuerint? Et respon-

Tom. V.

D

pon-